



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvatris, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

191. fer. 3. de fœditate peccati mortalis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Feria 2. Dom. 3. post Pentecost. 337*

sed peccatū lethale talis est ægritudo, quam nulla vis naturæ sanat. Malum est Mors, sed peccatum lethale Mors est, quæ animam occidit, & à Deo vita ejus separat.

*Conf. 3.* Parum dixit, qui dixit: *Quasi à facie colubri fuge peccatum*; dicere debebat magis, quàm à paupertate, dolore, servitute, infamia, morbo, morte. Magnum necesse est esse malum, quod Christum ad lamenta coëgit; ideo turbavit semetipsum Christus, ut significaret tibi, quomodo turbari tu debeas, cum tantà mole peccati gravaris. Ait D. August. 11. 49. in Joann. Ingens debet esse malum, quod ipsum Deum exacerbat: *Exacerbavit Dominum peccator.* Psal. 9. Multa bona mihi fecit Deus; Vita gratiæ mihi data confirmat sanguine Filij Dei; propter quod eorum Deum exacerbavit? *Recurram ad eum, qui peccatum non fecit.* 1. Petri 2.

MEDITATIO CXCI.

*Feria 3. Domin. 3. post Pentecost.*

*De fœditate peccati mortalis.*

**A**spiciam drachmam amissam in fœdo luto conculcatam, Petam agnoscere fœditatem peccati.

*Conf. 3.* Deformitatem peccati posse nosci ex opposita animæ pulchritudine. Ex homine caput deorsum habente, & omnibus  
P  
membris

338 *Feria 3. Dom. 3. post Pentecost.*

membris miserabili perversitate distortis: talis est anima per peccatum. Cæcus homo fit per peccatum surdus. mutus, sensibus privatus, paralyticus. Si corporis deformitatem videntes oculi turbantur, & quasi terribili ictu percussi ab ea refugiunt, quid faciunt mentis oculi, cum vident peccatum mortale, quod à summa pulchritudine maximè elongat, illique maximè oppositum est.

*Conf. 2.* Quomodo triplex status peccati mortalis, per tres mortes significetur. Puellæ, Marc. 5, Adolescentis Luc. 7. Lazari Ioan. 11. Quorum 1. interiori consensu perficitur. 2. Exteriori opere consummatur. 3. Inveteratâ consuetudine, & cordis duritie completur.

*Conf. 3.* Quomodo tria sint in hoc mundo juxta D. Bernardum, nigriora, & deteriora omni malo, videlicet Anima peccatoris perseverans in peccato, quæ est plus nigra, quam corvus, & mali Angeli, qui eam rapiunt in die mortis ejus, & Infernus, in quo jaçtatur. Iterum tria sunt, quibus non sunt meliora: Anima videlicet justi hominis perseverans in bonis operibus, quæ est pulchra sicut Sol; & sancti Angeli, qui eam suscipiunt in die mortis suæ: & Paradisus, in quo collocatur.

*Medi.*